

*Proc. t. 43. pr. v. allen andern & tit. 44. §. alle diese Gläubiger. (3) Et tamē Judicialis posterior præfertur Notariali anteriori in immobilibus. Constit. Elect. Augusti p. 2. c. 33. §. es sollen aber. In hac perplexitate nihil decidunt Dan. Moller. ad d. const. 23. n. 29. Berlich. p. 1. concl. 49. nu. 12. 13. 14. At Dn. Carpz. p. 1. c. 28. d. 177. ponit sic: Arrestum, Judicialis, Notarialis. Ita ut cedat Positio I quia non expresso jure Saxonico speciali ut cæteræ, sed communi regula subsistit.*

*XXXVIII.*

Subneētam duos casus, quorum perplexitas orta ex Constitutionibus D. Augusti, sublata per Ord. Proc. D. Johannis Georgii I. In casu XXIV. concurrunt: Arrestū antierius A Hypotheca expressa intermedia B. Depositum consumptum necessarium posterius C. FUNDAMENTA LOCATIONIS: *Arrestum antierius præfertur expressa intermedia hypotheca, v. supr. §. 37. pos. 2. (2) Hæc deposito consumpto necessario posteriori prioritare temporis. (3) & tamen tale Depositum Arrestantibus antierioribus per p. 1. Const. 28. Rauchbar. l. c. n. 10. affert præjudiciū, ubi hic ordo: Hypothæca, Depositū. Arrestū. Hodie per Ord. Proc. Positio 3. sublata est, & Arrestantes Hypothecariis expressis accensentur, Depositū verò tale habet solum jus tacitæ Hypothecæ. Igitur sic locabuntur: Arrestum. Hypotheca. Depositum. Adde Dn. Carpz. d. l. d. 151.*

*XXXIX.*

In casu XXV. & ultimo concurrunt: Arrestum antierius A, Expressa intermedia B. Dos posterior, C. FUND. LOC. (1) *A præfertur tō B. per §. 38. fin. & 37. pos. 2. (2) B præfertur tō C. per §. 34. pos. 2. (3) & tamen C dos posterior præfertur tō A. id est Arresto antieriori ita omnino per d. const. 28. p. 1. quæ tribuit Arrestis tacitæ hypothecæ, sed hoc ut dixi in Ord. Proc. t. 48. mutatum est & Arrestum hypothecam expressam tribuit. Adde Dn. Carpz. d. l. def. 66, Unde cessat perplexitas.*

*XL.*

Hos casus perplexos strictè dictos hæctenus observavimus. Plures reperiri non dubito, præsertim ex variis Locorum Statutis & consuetudinib. Hos addat aliorū diligentia: nobis fatiserit, quantum in hæc brevitate lieuit, regulas decidendi tradidisse: sicubi erratum est, cogitet, qui legit, nos neq; theoriæ veteres, & in praxi novos esse, & quod omnium excusationum caput est, de perplexitate differuisse.